



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XXXII. XXXIII. XXXIV. † Brawilarensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](#)

quisitionis certissimis tabulis. Ac nolim ego hic quidem Diuini Iudicij abyssum, censura mea vestigare (potuit enim fortuito casu accidisse) commone ri videtur nihilominus, ut in Diuinæ Maiestatis picta, sculptaue signa, ne quid levius ausu vlo temerario admittamus.

X X X I I . X X X I I .

X X X I V . 

B R A W I L A R E N S I S .

Segmētū ligni Domini in Bravviler. IN Abbatiali, Sanctorum Nicolai & Medardi Bravvilarensi Basilica, Altare maius, particulam ex Dominicæ Crucis ligno complectitur, aureaque ibidem Crucula conseruatur, qua Ioannes Pontifex, Beatissimos Coniuges, Ezonem Comitem Palatinum, & Mathildem Ottonis Tertij sororem donauit. Tertia ibidem Crux est ex Thonaburg castro, humeris iam dictæ Beatæ Mathildis eò translata. Cum enim, ut auctor est G. ad Beatum Wolphelmū, in misc. vita fundatorū Bravvilerensium,

Bea-

Beata Mathildis Cæcæ cuidam, coram **B. Ma-**
S. Cruce, in castro Thonaburg, oculo- **hildis à**
 rum vsum, eiusdem Crucifixi in effigie **Cruce**
 adorati beneficio reddidisset, pro ma- **visum**
 iori crucis veneratione ipsam illam in **impe-**
 Bruvvilre honorifice transtulit. Hodie **erat cæ.**
 eadem argenteis vestita laminis, depen- **ca.**
 det in medio choro, supra sepulchrum
Beatorum Ezzonis Comitis Palatini &
Mathildis, Fundatorum Bravvileren-
sium.

XXXV.

IN DIETKIRCHEN.

Frequens, & valde obuium est in **Cruces**
diocesi Coloniensi, cruces videre, anti-
 reliquijs sanctorum refertas, reperi in- **que vt**
 terdum, quæ in dorso aut latere habe- **pluri-**
 rent, cardinibus appensa serisque mu- **mū re-**
 nita ostiola, vidique diploma, de Cru- **liquijs**
 ce celeberrima in Dietkirchen, cuius **referte.**
 lustrandæ causa, Syffridus Archiepisco-
 pus, ante quatuor fere sæcula, se eo pro-
 fectum asserit. Tabulae Syffridi sic ha-
 bent.